



HISTORIARUM VENETARUM ANDREAE MAUROCENI LIBER TERTIUSDECIMUS.



Eminem ego arbitror, Venetias unquam accessisse, qui non summa admiratione captus fuerit, mediis aquis sitam urbem, nullis aggeribus, nullis moenibus, nullis propugnaculis protectam, ab omni hostium impetu tutam atque inexpugnabilem esse. Quod sane vel præteritorum temporum ad posteros memoria transmissa, vel experientia quoque ipsa hoc sæculo compertum fuit; dum Europæ Principes sociatis armis in Venetos conversi, ferro atque incendio proxima urbi loca depopulati, ad continentis usque marginem se provexissent, ex qua frustra immanes tormentorum globos in urbem, nullo incolarum timore aut damno, intorquentes, summa verecundia ac dedecore perfusi discessere. Id certe ad diuturnitatem imperii haud parum contulisse neminem inficias iturum reor. Quam enim in toto fere terrarum orbe urbem inve-

H. Mauroceni. T. III.

A 3

nias,

1582

*Venetia-
rum situs
præstantia.*